Quelle: https://manuscripta.at/?ID=237
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

sapientie et profunditas clementie velantur sicut alis in-
alis seraphim quibus tegebant caput et pedes sede-
tis in solio et eternitate eius ante tempora et post tempora et per-
hoc de ipsis in futuro solum scientiam et experientiam expec-
tamus. Sicut exponit Ieronimus in epistola ad damasum
¶ Cum ergo longitudo caritatis consistat in diuini-
tatis et altitudo et profunditas ipsius in celsitu-
dine sapientie et bonitatis. Sola latitudo eius nunc
apparet in superficie huius temporalitatis et hec dimensio
attenditur quadrupliciter. scilicet in iiii lineas quarum una
quamlibet superficiem describentes. Primo enim
attenditur eius latitudo in ampla extensione qua
complectitur totam legem uno uerbo ut ad romanos xiii. Consumma-
tum abbreuiatum faciet dominus super terram. ysaie x. In
quo mandatum aliud est in hoc uerbo restauratur. Dili-
ges dominum deum tuum etc. Secundo in larga effusione et
diffusione. Iohelis ii. Effundam de spiritu meo super
omnem carnem. ad ro. v. Caritas dei diffusa est in cor-
dibus nostris etc. Tercio inenarrabili ampliatione quia sola
caritas est que omnia aspera planat et angusta uia
regni dilatat. ii. Cor. vi. Cor nostrum dilatatum est
dilatamini et uos et nolite iugum ducere cum infidelibus
et ps. propterea dilatatum est cor meum et exultauit lingua
mea. Quarto inmutabili extensione qua extendit
usque ad inimicos. Vnde math. v. dicit. Diligite inimicos
uestros benefacite hiis qui oderunt uos. Vnde super illud
ps. Mirabilia testimonia tua domine dicit Augustinus quod in
testimoniis et preceptis diuinis nichil mirabilius est
quam quod iubemur inimicos diligere etc. Hanc tamen admi-
rationem soluit Ieronimus super Math. in proprio loco dicens quod nulli
mirum debeat uideri quod iubemur diligere inimicos quia
nō christus precepit impossibilia aut inconuenientia sed
perfecta. perfecta autem omnia sunt difficilia ¶ Perfectio autem
huius precepti consistit in tribus. scilicet primo in sine moue-
te qui est amor dei spiritualis odio inimici quo utitur
sed et in omni. Amicos uidelicet diligere in deo. inimicos

propter deum et propter id quod factum est a deo non quod fecit nobis. Secundo
in efficacie que est gratia dei per donans humana spiritui
ad ro. v. Gratia dei regnat per iusticiam in uitam eternam.
Tercio in uolutate obedientie et consuetudine que est prudentie
spiritus expeditans prudentiam carnis et mundi. ad
ro. viii. Cum spiritus quod est spiritus seruiunt. prudentia
enim carnis est mors. prudentia uero spiritus pax et uita
etc. Sicut ergo completus motus perfecte caritatis est quo spiritualis
mariae amor humano et carnali abstinendo a su-
me delectabili huius dicit sicut castitas in uirginibus
que est perfecta puritas et munditia prima ad Cor. i.
Cap. vi. In corruptio primum dicit facit. Ita et comple-
motus perfecte caritatis est quo spiritualis maxime stabili
tollerando illud uel in corpore et corporis dolore uel
inimicum uel in spiritu et anime dolore deponendo et reprimendo
odium inimicorum in dilectionem conuersum
Mem littera xiii. Interpretatur uiscera uel ex
ipsis quia interpretationes conuenienter sonant ex ipsis
uisceribus. viscera autem que sunt uitalia et intima et radi-
calia totius uite et uirtutis corporis intelliguntur spiritua-
liter uiscera caritatis que consistunt in intimis cordis
Iste autem titulus bene competit et intentionem retinet
hic octonarius in precedenti enim primo octonario uia
totius huius uite patiente dilectionem et longanimitate
spreuit diuisa aduersa huius mundi reposuit et reduxit
in spe sua ad perseuerantiam ex consideratione eterni-
tatis et uirtutis et essentialitatis ubi deum in qua sunt spiritualia
que quiete consideratio pertinet ad officium fidei bone tamen
est spe dirige et erige. Vnde et ad hoc insinuandum propheta
allegauit actus et perfectis fidei cum dicit testimonia
tua intellexi et ipsius et cetera. Omnis consummationis
uidi finem etc. modo in isto octonario intendit uiato-
rem suum reducturum in spe et per spem corroborare et
confirmare quod pertinet ad officium caritatis perfecte que
significatur per uiscera. id est per intima cordis. et hoc est quod
dicit glossa quod agit in hoc octonario de caritate ¶ Ad

Caritatis dimensio

Caritatis perfectio